



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

72. Quidam infirmus antequam in mortis periculum incidit, Sacram Eucharistiam ex deuotione sumpsit: quæritur, an teneatur iterum communicare? Et an qui in Pascha communicauit, si in articulo mortis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

penult. post medium, à vers. pater igitur, & in Refol. 81. §. Sed quia, à lin. 9. & infra in tr. 3. Ref. 5. §. 1. à lin. 10. & vers. Et ita, & si placet, lege Ref. 3. huius not. à principio, & alias eius primæ not. signatè pro aduerbio *supra* contento in lin. 1. & 6. §. 2. huius Ref. & pro aduerbio *atibi* contento in lin. 3. dicti §. in aliis Ref. huius not. & in tom. 3. tr. 1. Ref. 54. ex doctrina §. Secundus casus, & seqq.

Sacram. in 3. part. contr. 6. tract. 10. disp. 3. n. 9. Henriquez lib. 8. cap. 5. n. 3. Mercerus de Sacram. in 3. part. quest. 80. art. 11. Chapeauilla de sacram. Euchar. quest. 10. & alij & ratio est, quia tunc præceptum sumendi Eucharistiam tempore mortis, videtur moraliter impletum; & hanc sententiam nouissime, me citato, docet Ioannes de Lugo de sacram. Euchar. disp. 16. sect. 2. num. 37.

2. Sed licet supra cum Vasquez & aliis contrariam docerim sententiam, non audeo tamen hanc, tamquam improbabilem, damnare, quam ego alibi tamquam probabilem etiam docui, propter Doctorum multitudinem in eam conspirantem, & quia rationibus Vasquez à me supra adductis aliquo modo potest satisfieri; quamuis enim ante morbum non vergeat præceptum, si tamen tam paruo intercedente intervallo supra sit Eucharistia, potest dici sumptum re ipsa viaticum, & quod est vtile pro vniõne, & confortatione in morbo, & proinde cessare obligationem vltioris communionis. Quemadmodum si quis creditor obligetur tantum post annum centum reddere, si reddat ante tempus obligationis, omnino liberatur à debito, aliter se res habet in aliis omnium iudicio est onus tempori annexum. Et ita hanc sententiam probabilem esse admittit Præpositus in 3. part. quest. 80. art. 11. dub. 1. num. 54.

RESOL. LXXII.

Quidam infirmus antequam in mortis periculum incidit, sacram Eucharistiam ex deuotione sumpsit. queritur, an teneatur iterum communicare?

Et an qui in Paschate communicauit, si in articulo mortis non communicet ex negligentia quadam sine contemptu, peccet mortaliter?

Et cursum docetur non esse mortale omittere Eucharistiam in articulo mortis, nisi ad sit contemptus? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 40.

Sup. hoc in Ref. 69. & in aliis eius annot.

§. 1. **R**espondeo negatiuè cum Layman, in Theol. moral. lib. 5. tract. 4. cap. 5. num. 4. ubi sic asserit. Si infirmus vno, duobus, tribus, vel etiam octo diebus antequam in mortis periculum incidit, communicauerit, consulendum quidem ei est, vt iterum Eucharistiam per modum viatici accipiat, tamen ad id non obligatur, cum præceptum de Eucharistia ante mortem instantem sumenda secundum substantiam impleuerit. Ita Layman, & alij.

Sup. hoc supra in Ref. præterita, & in aliis eius annot.

2. Sed plus addunt Caietanus verb. *Communio*, Armilla eodem verbo, n. 4. & Emanuel Sa correctus à magistro Sacri Palatii verbo *Eucharistia*, n. 1. ubi sic asserit. Qui in Paschate communicauit, si in articulo mortis non communicet ex negligentia quadam sine contemptu, non peccat mortaliter. Ita, ille licet contrarium asserat Zambranus de casu tempore mor. cap. 3. dub. 1. Syluius in 3. part. quest. 80. art. 11. queritur 1. concl. 1. Layman, ubi supra, & Fagundez præc. 3. lib. 1. cap. 3. n. 8. qui malè pro sua sententia citat Emanueleum Sa, vt supra visum est.

Sup. hoc supra in Ref. 70. §. Veri in fine, & in alio vers. eius not.

3. Notandum est tamen hic obiter, D. Bonaventuram in 4. dist. 10. art. 3. q. 1. Paludanum dist. 9. q. 1. Caietanum in summa verb. *communio*, Armillam eodem verbo, num. 4. Victoriam in summa, n. 83. Ledesnam, & alios docere non esse mortale omittere Eucharistiam in mortis articulo, nisi ad sit contemptus; licet contrarium doceat Richardus, Durandus, Gabriel, Sotus, & alij, quos citat, & sequitur Pitigianus in 4. sent. tom. 1. dist. 19. q. 3. art. 7. & alij recentiores, quos ego sequor.

RESOL. LXXIII.

An qui sumpsit Eucharistiam mane, & post prandium incidit in periculum mortis, possit iterum Eucharistiam sumere?

Et an qui paulo ante articulum mortis sumpsit Eucharistiam, maneat liber ab obligatione præcepti sumendi Eucharistiam pro eo articulo? Ex part. 4. tr. 4. Mis. Ref. 197.

§. 1. **D**ecisio huius casus pendet ex illa questione, an qui paulo ante articulum mortis sumpsit Eucharistiam, maneat liber ab obligatione præcepti sumendi Eucharistiam pro eo articulo. In parte affirmatiua alibi probabilem esse docui, quam nouissime tueretur Homobonus de Bonis in summa, sultat. casuum conscient. tom. 2. part. 5. reipon. 47. Sed pro consolatione alicuius infirmi, in tali casu potest iterum, etiam non ieiunium Eucharistiam sumere, probabilissimum esse existimo, tunc opinio communiorum, qui asserunt non satisfieri dicto præcepto per communionem factam ante articulum mortis, quamuis paulò antea factam. Et ideo Galus Hurtado de Euchar. disp. 10. diff. 2. sic ait. Erit immunitas, si qui sanus, aut si infirmus, extra periculum tamen mortis, communicauit, si in eodem die post eam communionem incidat in periculum mortis, sine Re, violenta, siue naturalis, & ad eò vergeat, vt probabile ter timeatur eodem die moriturus, aut quòd eò tunc facto non sit futurus potens communicare, tunc pro Viatico iterum in eodem die communicare potest incidantiam in dictum periculum, quia præceptum communicandi in articulo mortis, cui non est factum factum communionem ante periculum facta, est diuini, & maioris ponderis, quam prohibitiuò Ecclesiastica non communicandi in eodem die, nisi fecerit (& tu adde, ieiunius) quod expressit Vasquez in manuscriptis, & ei subscripserunt nostræ Societatis, & plures alij grauisissimi viri Academiæ Complutensis, & Salmanticensis, & id fecerunt Madriti, Vega Rector illius Collegij, & P. Auolos in eodem Collegio. Ita Hurtado ubi supra.

RESOL. LXXIV.

An qui mane communicauit, & post prandium incidit in periculum mortis, possit iterum ab hac sacramento Viaticum sumere?

Et an in tali casu non solum possit, sed teneatur iterum Eucharistiam sumere, siue mori sine naturali, siue violenta?

Et an sit præceptum diuinum de sumenda Eucharistia in articulo mortis, vel an hoc præceptum non sit diuinum?

Et asseritur, quod quando concurrunt duo præcepta, quorum vnu præponderat, & est antependendum, vt est in prædicto casu, in quo concurrunt præceptum diuinum de sumenda Eucharistia, & præceptum Ecclesiasticum de ieiunio, & non sumenda Eucharistia in articulo mortis, non sumenda Eucharistia in articulo mortis, amplius non teneri secl. y. scandalo, in articulo mortis communicare. Ex part. 5. tr. 3. Ref. 33.

§. 1. **H**ic casus in facti contingentia accidit in diebus, & negatiuam sententiam mortuos sustinent Suarez in 3. part. tom. 3. dist. 69. sect. 3. Fagundez de præcept. Eccles. part. lib. 1. cap. 3. num. 7. Richardus in praxi Confessor. num. 32. fol. 189. Facinus de Euchar. lib. 1. quest. 247. Gianady in 3. part. Di. Thom. 2. q. 1.